Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40463
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Stes alibi potius dū vis requiescere pausa
Non ibi stes sedeas nisi debita sit tibi causa

De paupertate

Perpetue fidus sis paupertatis amicus
Que te sectetur in te videatur ametur
Hec tibi sponsetur tua sit tecumque moretur
Huius amator eris dū vixeris et morier
Dulcis amica tibi paupertas sit crucifixi
Qua nimium dives eterno munere vives
Si bn̄ constanter illam suavis ovantur
Pendentem nudum crucifixum respice crudum
Sanguine manantem lacrimando vociferantem
Qui voluit vere pro te moriendo dolere
In cruce spinosus pauperculus obprobriosus
Est afflictus ita ihs dulcissima vita
Quod pt nec pridem nullus simulatur eidem

De satisfactione fratris

Te peccantem tuam sis presto dicere culpam
Coram fratre tuo sed nec tardarius unquam
Et cito conare tibi fratrem reconciliare
Quem tu lesisti turbasti seu nocuisti
Flecte cor et genua prostrato corpore curva
Te quoque vilifica veniam deposcere cura

De patientia

Grata melodia tibi patientia sit crucifixi
Qua duce fundatus patiendo sis animatus
Ut bn̄ sustineas patienter cuncta ferendo
Funditus introeas crucifixi vulnera flendo
Esto vigorosus tam cautus et ingeniosus
Ut non deficias sed fortis ad omnia fias
Pro xpo leviter portando dura libenter
Ut patienter agas crucifixi respice plagas
Et penas mille recolas quas pertulit ille
Quis sit temptatus quis tam vilificatus
Quis tam derisus quis tam despectus et ymus